

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.

Jambicum Paramytheticum
sive Consolatorium,

MAGNIFICO,

NOBILISSIMO, STRENU-
ISSIMO, LITERATISSIMOq;

EQVITI BOHEMO,

DN. JAN-HEINRICO

STAMPACCH A STAMPACCH,

Dn. in Klein-Vuitzschitz, Stadt Briesen, Göt-
tersdorff, Kornhaus, & Maschau, &c,

Filiolam desideratissimam,

CATHARINAM-DOROTHEAM,

ANNO cl^o Is C XXI, Die 31. JULI.
*Inter devota ad CHRISTUM suspiria beatè
animulam exhalantem,*

Piè lugenti

In veræ *σωτηρίας* tesseram,

Ac debitæ observantiæ τικηέρον

Conscriptum, nuncupatum & consecratum,

à

M. GEORGIO SCHEDIO,

Scholæ COMMODAVIENSIIUM Luthe-
ran. p. t. Rectore.

FRIBERGÆ Typis Georgij Hoffmanni.




566

50



Ex Chrysoſt. in Matth. Cap. 24.
homil, 50.

D Emissus alto sicut imber aethere,
Semper quidem gratus venit; sed maximè
Tum gratus est, fervore quando Sirii
Intenso ager rimis fatiscit affatim:
Sic esse momentis suèvit singulis
Gratum quidem solatium, pectusculo
Profectum amico; tum sed esse gratius
Consuevit, ossa quando mœror exedit.



ΑΟΓΟΣ

MUndi tenens Jehova *sceptra tri-*
(plicitis)

Cuncta & suo fovens creata Numine,
Hujusce non tantum caduce & labilis
Vita est, sed & Mortis, salus & sanitas.
Hunc, dextra rufo cujus effinxit luto
Nos scitulè misto; a viternâ liberos
A morte qui nos praestitit trunco luens
Pœnas fero, Cocytiis dignas rogis;
Qui nostra judicabit olim crimina,
Judex severus; hunc tuamur corculi
Devotioris lumine, & tenacibus
Huic adhaereamus uni cordibus.
Fœdissimis (mortalium imbecillitas
Quæ est mentis) hunc si criminum contagiis
Motum estuare fluctibus justissimæ
Sentimus iræ; Oratione seriâ,
Contritione cordis, & suspiriis
Justam ejus iram mitigemus, ipsius
Nos atq; nostra voluntiæ & clementiæ
Subdamus animis fortibus, soli cui
Sunt nota, nobis quæ vel obfutura sint,
Vel profutura. Nec cor exedat metus
Mortis vel ejusdem potius opinio.
His namq; qui vixere sanctè & puritèr,
Pieq; claudunt fata, Mors certissimus
Ad gaudia est perenni-dura transitus.
Hinc est, Polo doctus quòd ille tertio
Apostolus, se non capessens ampliùs

Esa. 41, 4.
 Anton. Pa-
 normita; de
 dictis & fa-
 ctis Alphi.
 Regis lib: 3
 cap. 52.

1, Cor, 12, 4.

Ex

Phil. 1, 23,

Aug. de civ.
Dei. It. de
doct. Christi
Id. serm. 17.
de verb. Do-
min.

Gen. 3, 6.

ibid, v. 19,

Sap. 1, 24.
Nazianz. o-
rat, 38.

Apoc. 1, 10.

Ex hocce desmotério corpusculi
Solvi cupiscit, atq; vite gaudiis
Frui beate. Nec moririer malè
Potestur hic, qui purus usq; criminis
Viteq; vixit integer; cùm vivere
Contrà diu fiet diu torquerier.
Sed Morta vite exordium est hujusmodi
Nòn invidorum morsibus, nec hostium
Ludibriis, nec luëtui aut incommodis,
Mortisq; tandem spiculis quæ subjacet.
Pauloq; si consideremus rectius,
Mors finis est & grata pausa criminum.
Nam fraude vafri Proto-plastus Dæmonis
Pellace cùm ruiisset in voraginem
Scelerum, Jehovæ jussa contra maximi;
Jehova terra corpus ejus reddidit
Tellure factum; nòn quidem quò dideret
Finem creaturæ, sui quam fecerat
Causa ipsius; sed culpa ne viveceret
Vivendo nostra, & indies valesceret.
Nos itaq; sic volente Jovâ, nascimur,
Iterumq; sic volente eo, denascimur.
Et hæc βίη δὲ χητέ καὶ πέρως θεός
Divinitatis esse voluit propria
Sua; nec immutare quicquam viribus
Nostris relictum. Id unicum volentia
Permittitur divinitus nostræ, ut piè
Vivendo sinem sortiamur optimum.
Hoc itaq; nostrum unum quod est, videlicet
Vite ut beatam sortiamur clausulam,
Ope nitier vel maximâ nos addecet.

Hoc

Hoc quotquot expetunt, quot atq; factitant,
Sopore non condunt gravati lumina,
Veri ut DEI secuta turba, ferreo;
Sed ex caduca evanidaq; ad alteram
Vitam, in quam habet nil Parca juris, transeunt.
Hinc illa verè Christiana, haud Ethnica
Vox est, malum non esse repputantium
Mortem: Sed omnium bonorum maximum.

Cic. ad fin. 1,
Tuscul,
quæst.

At cum semel calcanda sit leti via,
Cunctis, & horam nemini datum fiet
Rescire, vel diem; paratos singulis
Nos esse momentis decet; non calico
Obmurmurantes Numini: sed maxime
Consentientes exsequamur ipsius
Mandata. Non conversionem de die
Trahamus in diem; sed hodie dogmata
Hodie imbibamus aure si caelestia,
Caveamus, oppilemus aurium fores,
Nec pectora obturemus obstinatiùs,
Ne tale fors parùm vel omninò nihil
Nosmet timentes obruat mors pallida.

Jos. 23. 14.
Rom. 5, 12.
Matt. 24, 36.

Ad imaginem sui Jehovah firmitèr
Nos condidisse credimus; nec credimus,
Cum fecerit, fecisse corpus, quod sibi
Sit simile, cum sit spiritus, similem sui
Nec habeat in Polo Solog; Spiritu
Sed corpus informasse nostrum vivido,
Caestis auræ nempè portiunculà.

Syr. 5, 8.
18, 22.
Pfal. 95, 8.
Ebr. 3, 15.

Luc. 21, 34.
Ant. Panor.
l. sup. cit.,
Gen. 1, 27.

Joh. 4, 24.

Gen. 2, 7.

Cum constet hoc, nobis quid esse gratius
Optatiusvè possit ac felicius.

Quàm si rubro ficti luto corpusculi

Gen. 3, 19.

Psa. 89, 49.

Exöd. 20, 13.

Deut. 5, 17.

Matth. 5, 21.

Ant. Panoti.
l. sup. cit.

Vita prae-
sens non est
melior car-
cere.

Chrys. ho-
mil. 46. ad
Hebr.:

Scelerumq; desmoterii divinitus
Solutio benigna detur, Spiritus
Et hujus ad DEUM evolatus, qui sibi
Dignatus est nos facere similes, Spiritus
Ut noster ipsius repletus Spiritu
Dio, ejus & Divinitatis particeps
Factus beatas inter animulas, choros
Et Alitum perenni - duram viveret
Celestium vitam. Hinc sui similes quia
Nos condidit; simile atq; quidvis appetat
Sui simile; natura id unicè decet
Lege fieri. Lege ergò natura DEI
Suavissimum raptamur ad Triunius
Consortium, ad quod commigrare nemini
Licet, nisi Mortis jugum sub flebile
Prius iverit. Dii sed hoc benignitas
Dedit hisce saltim Numinis, legis sacra
Qui jura servantes tremenda nomine
In ipsius suam locant fiduciam,
Logonq; propter unicum Natos DEI
Sese esse statuunt firmiter. Sanè nisi
Inter - Jehovah - dicta adessent aspera,
Haud ille nobis à Jehovah terminus
Prefixus expectandus esset; rectius
Sed erat, modo perire quovis, putido
Quò citius anima liberata ergastulo
Corpusculi hujus morbidi cum júbilo
Rerum evolare ad omnium Architectona
Potisset, atq; plenius potentiam
Trinam recognoscendo, sanctorum suam
Plenissimè perfectionem in omnium

Consortio

Consortio indipisceretur perpeti.
In filii ergò filiaevé funere
Vehementius cur plangimus pectuscula?
Cùm Mors, nec ipsa mors quidem; leviuscula
Saltim sed illiusce cogitatio,
Tenuis vel umbra, omni malo nos liberos
Verè ac beatos redduit; beatitas
Et nemini (detur nisi divinitus
Gratis) queat mortalium contingere;
Quà, arctis quousq; corporis compagibus
Tenemur inclusi, carere cogimur,
Parumq; refert, exeamus squalido
Corpusculi ex ergastulo molliuscula
Annis statim puertia, an senilibus.
Nam quò senectam ad debilem magè vergimus,
Hòc vita decrescit magis; cùm punctulum,
(Si cum ævitermitate vitam conferas)
Quod vivimus, sit, atq; punctulo minus.
Mibi is diu demùm videtur vivere,
Vitamq; perfectissimam decurrere,
Præeunte qui verbi lucernà calici
Pellucidà absolutam ad usq; scientiam
Vixit, sibiq; conscius recti horrida
Fastidit altà mente Mortis spicula.

Hæc cuncta, JANE-HEINRICE, firma Stem-
matis (tens
STAMPACCHICI columna, BOJORUM ni-
Equitum Pyrope, Gratiarum gloria,
Themis reclusit sacra cui pectusculum,
Vatum decus, corona, sidus albidum,
Patrone doctorum fidelis omnium,

Hæc

Eph. 2, 8.
Rom. 3, 24.
Gal. 2, 16.
Tit. 3, 7.

Senec. epist.
49.
Joh. Pic. mi-
rand. epist.
ad Joh. Frä-
cisc. Pic. Ne-
potem.

Status re-
rum luctuo-
sis.

Conditio
Filie opti-
ma.

Sap. 4, 8.9.

Sen. epist.
66.

Aug. lib. de
vita Chry-
sost.

Hæc mente dum accuratius consideras,
Non est, adeo tuæ feras quod FILIÆ
Obitum molestè! At inquis: Ætatula
In flore primulo, nec Octennem Dea
Homini - vora illa, ignara nulli parcere,
Spem præter omnem falce aduncâ sustulit
Mihi Filiam! Verum quidem, Sed ocellulos
Res ad modernas mentis atq; corporis
Converte, quæso! Nonne cum his fateberis
Actum optimè, ex Orbis theatro quis fuit
Hæc ante paulò luctuosa tempora,
Vereq; conclamata se subducere
Fugâ quasi datum, & ferè cervicibus
Pericla nostris imminetia evadere?
Nunc repputa, recollige, & considera,
Secura quot molestiarum Filia,
Quot tædiorum immunis inter incolas
Agat beatos ætheris! quid commodi
Exiguus annorum ille paucorum dare
Qui visset accessus? Tibinè nomine
Precario usurariam oblitus datam
Bono à Jehovâ Filiam, quò redderes
Quandoq; jure hanc reppetenti? Cogita
(Te digna quæ sunt atq; personâ tuâ)
Pietate, vitæ integritate, & optimis
Virtutibus nostræ esse longitudinem
Vitæ estimandam, non ab annis plurimis.
Vixit diu sat ille, qui vixit benè.
Mori statutum lege Diâ est omnibus,
Huic adulto, annis at alteri obsito;
Sed quis favet Jehova, quosq; diligit
Æquus,

*Æquus, diem ante, molliuscule statim
 Puertie annis avocat, diutiùs
 Ne ab improbâ vexentur illâ Alastorum
 Turbâ; Mali sed ante tolluntur diem,
 Agmen piorum fortè ne diutiùs
 Odio exedant, neciq; didant improbè.
 Vitæ, sed instas: longiora tempora
 Meritum fuisset Stemmatis decus incliti,
 Rosis labella, ocelli & astris æmuli,
 Hominésve quicquid prædicat beatulos!
 Nec hæc neganda. Fortis hæc sed pleraq;
 Subjecta casibus sinistra quis neget?
 Quæ gratiæ loco reponant debita
 Odium; graves pro sanitate prosperâ
 Morbos; gravemq; pro affluentia incitam,
 Tremuleq; gratâ pro juventâ premium
 Tandem senectæ. Hæc illa sunt videlicet
 Hæc magna sunt vitæ caducæ commoda,
 Fortisq; quantum vis bonæ! quæ sobrium
 Alto virum satius erat contemnere
 Pectusculo: & vel morte, si visum DEO,
 Præcidere; atq; tum optimè & feliciter
 Actum esse secum existimare, si hæc bona
 Fallacia & fucata deserat, sibi
 Ridere cum videntur & blandirier.*

*Vocavit ad celestium maturiùs
 Chorum Jehova Filiam, quò libera
 Animula pura impuro ab hoc ergastulo
 In mellei gratissimis amplexibus
 Dilecta Nympha Nymphi ovaret IESULI,
 Donum datum divinitùs beatulam*

B

Et

Sap. 4, 11.

Sap. 3, 10.

cap. 2, 10.

Bona, for-
 tunæ lubri-
 cæ subjecta.

Causa avo-
 catæ Filia.

Catha-
 rina-

-Doro-
 thea.

*Es ipse fassus Filiam, conspergeret
Baptismatis cum Mysta sacro flumine ;
Hanc, ceu suum maturius peculium
Jehova jure repperivit optimo.*

1. Thef. 4, 13.

*Modus sit ergò in lacrymis, estricibus
Nec concoquas doloribus pectusculum,
Velut DEI secura turba dogmatum,
Vitæ futura destituta spe, facit.*

Matth. 25,
35, 41.

*Quin potius hâc spe firmiter cor fulcias,
Positâ quod olim sarcinâ corpusculi
Iesus, hâc, quando Brabeutes debita
Advenerit brabeia justus reddere
Totius Orbis incolis; luctum impiis,
Vitæ piis perenni- dura gaudia,
Tibi redditurus Filiam sit; simplici
Mecumq; Jovam sic preceris pectore:*

Precatio.

*O CHRISTE! mortis morta! vitæ janua!
Certum cuiq; qui dedisti terminum;
Novisse da vitæ caduce tempora,
Rapido acta quæ motu volant, ut criminum,
Vitam quibus peregrimus, nos tædeat;
Ut, cùm hora, quæ est incertius nil, funeris
Advenerit; terrena, quæ mox transeunt
Bulle instar, aversemur; & celestia
Scrutemur accuratius! Da limine
In Mortis atræ constitutis exitum
Placidum, pium, lenem, quietum! calici
Verbi lucerna luceat migrantibus
Per Mortis horridæ horridam valleculam,
Ossa interim in tumbâ quiescant mollitèr,
Donet canora clangor ille buccina*

Omnes

*Omnes ad Urnam nos citaverit tuam,
Carunculâ tunc ossa vesti putrida,
Et animulas manu quiescentes tuâ
Immitte structure nova, ut Tibi, Pater
Sacrate! Fili summe! Spiritus Sacer!
Choro beatorum additi praconia,
Festiva cunctis concinamus seculis.*

M. G. S.

S*ementi adjiciam granum; Stambacchius He-
Jure dolet Nata funera amara sua; (ros
Nè nimium doleat! Verè demortua vivit;
Inq; manu CHRISTI Nobile sidus ovat.*

Ἰννοῦντα ac auctariolum
hoc

Muse Schedia *ἡδίων*
Adjicit

Fribergæ Hermundtorum

Theophilus Lehmanus
Pastor in Siebenlehn.



B 2

EPI.

EPITAPHIUM
VIRGINIS NOBILISS. ET
LECTISSIMÆ. ALLUDITUR
AD INSIGNIA GENTI-
LITIA.

STAMBACCHICI Rosa nobilis ROSETI,
Veræ jubar PIETATIS, & sequelæ
Exemplar omnibus unicum Puellis,
Dulcedo, Delicium, Volupta, Lusus
PARENTIUM, CATHARINA-DOROTHEA
Avulsa flore puertia in tenello
Vi Mortis hoc recubat nigræ sepulcro.
Heu! quàm nihil stabile est in orbe! MENSES
Vix addidit TRIETERIDI GEMELLÆ
TERSEX Puella, videre digna secla
VIVENTIUM GENITRICIS. Hæc, Viator! Ge, 3, 20.
Te scire quæ volui, fuere. Cura
Tu, qui DEUM tibi redduis faventem.
Felix abi! & requiem ossibus precare.

M. G. S.



F I N I S.

Stadtbibliothek Chemnitz



A098658X

